a decessore suo fabio apud serenum diaconem tuum pro tempo
ris qualitate esse depositum. cuius parte aliqua restituta.
partem apud eum asserit remanere & restituere eam quadam
excusatione differre. Et inde his fraternitatem vestram horta
mur affatibus. ut eum ammonere studeat. quatenus quae
accepit sine contentione restituat. aut si forte ab eius re
stitutione aliqua se excusari ratione confidit. necesse est.
ut inter eum atque actores firmanae ecclesiae. una cum armi
nio fratre & coepiscopo nostro cognoscere debeatis. & sup
tiliter veritate discussa. ita huic causae finem inponere. ut
nec ante dictus diaconus pati praeiudicium. nec praefata
iniuste damnum videatur ecclesia sustinere. CVIIII. GRE

GOR. ANTH. SVBD.

Gloriosa filia nostra herene. per suos nobis
homines indicavit. quosdam de suis ab ecclesiae nostrae actori
bus irrationabiliter detineri. & quia eos petit sibi resti
tui. idcirco hac tibi auctoritate praecipimus. ut cum omni
diligentia veritatem studeas perscrutari. & si ita est necesse.
quod ineis ad nomen nostrae possit ecclesiae vindicari. omni
mora post posita. aut ipsos restitue. aut si forte manci
pus ecclesiae nostrae coniunctis. dando per eis vicarios recon
pensa. si vero aliquid nostrae dicunt ecclesiae fortasse conpete
re. fit sine aliqua dilatione iudicium. & quae iudicata
fuerint. ita experientia tua ad effectum sine aliqua
difficultate perducat. ut praedictae filiae nostrae. denuo de
hac re non sit necessitas transmittendi. GREG. CX.

ANTHEMIO. SVBDIACONO.

© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0482